



Et germanice

- a) *Bürgen.*
- b) *Geifel.* ap. SENKENBERG Sel. Iur. et Hist. II. p. 692.
- c) *Werpürgen.* ap. LONGOL. l. c. X. p. 201. n. 198.
- 2) Fideiussionem suscipiebant
- 1) *Clerici*, vt Episcopi, Praepositi, Canonici, de quibus GRYPEN l. c. p. 94. sq.
- 2) *Nobiles superiores*, vt Comites et Dynastae in Dipl. a. 1223. ap. GVDEN. I. p. 560.
- 3) *Scabini Ameneburgenses, Fritzlarienses et Geismarienses* a. 1223. ap. GVDEN. I. p. 484.
- 4) *Nobiles inferiores.*
- 5) *Ciues.* in Dipl. a. 1278. ap. WÜRFEL l. c. p. 15.
- 4) Eos oportebat monitos adparere, nec licebat iis inquirere de causa monendi, vel de violatione pacti, nisi post introitum et per arbitros, vt in Dipl. ap. GVDEN. I. p. 562. Neque quisquam erat, qui gauderet beneficio quodam, aut qui vllam posset exceptionem afferre. In Dipl. a. 1333. ap. POTGIES. §. 18. p. 325. pollicentur fideiussores, neminem ipsorum tardaturum et expectaturum esse, donec alter veniat, neque se hac excusatione vsuros, quod alter nondum venisset, neque dicturos, se ob diffidationes vel ob aliam fideiussionem tum praestandam non posse venire:

Unser nein^{a)} vñ den andern tho wachende^{b)} noch sich darmede tho entschuldigende noch mit feden adder schuld tho behelpende.

Sic etiam se obligabant, vt vellent obstagium praestare, quamuis iam alia fideiusione tenerentur. In Doc. a. 1263. ap. GVDEN. I. p. 705.

tri-

a) conf. Exc. II.

b) *wachten* est expectare, hodie *warten*.